

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum  
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem  
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum  
festiuitatibus habitae

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII**

De sectanda vera spiritus paupertate, & quibus eam liceat rationibus  
adipisci. Ser. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

## IN FESTO OMNIUM SANCTORVM.

609

*flos. Inde sequitur inuidia. Item honores ambit & temporalia : quia hæc sunt quibus vult magnus videri: inde auaritia & ambitio. Inordinate consumit, quæ habet: quia vult videri magnificus & liberalis: inde luxus & multa vita. Et ita sit, ut nec in iustis sit, nec misericors, nec pacificus erga proximum, nec luger peccata sua, quia cæcus est, & putat se omnia benè agere: aut si scit se male agere, tamen non putat sibi imputari. Non timet idcirco, non luget, nec esurit iustitiam, nec mundus est corde. Ita ediversò qui verè pauperes Humilium sunt spiritu, nihil de se sentiunt, timent se male agere, & grauia reputant pec-  
mores qua-  
cata sua, idcirco se deprimunt coram Deo & hominibus, & neminem despiciunt nec iudicant quia neminem putant seipsis vilorem. Item honores, offi-  
cia, consultationes, & cætera huiusmodi fugiunt, quia non videntur sibi ad ea idonei. In iniurijs sunt patientes, quia iustè se credunt mereri. Nihil tem-  
porale diligunt, quia se non habent eo loco, quibus aliquid debeatur. Ita pau-  
pertas spiritus facit eos mites erga proximum, lugentes coram Deo ( cuius se cotineat,  
spiritus vti-  
alias beatu-  
tudines in  
magnitudinem cum sua vilitate comparantes considerant) pacificos, miseri-  
cordes, stientes iustitiam, mundos corde, denique virtutum omium stu-  
diosissimos. Quod & nobis omnibus largiatur vera paupertatis præcipuus  
doctor & cultor Dominus noster Iesus Christus pauperrima Virginis filius,  
qui cum Patre & Spiritu sancto uiuit & regnat per infinita secula. Amen.*

## IN EADEM SOLENNITATE.

*De scelanda vera spiritus paupertate, & quibus cam licet a rationib[us] adipisci. Sermo V.*

**B**eat pauperes spiri<sup>r</sup>u<sup>m</sup>, quoniam ipsorum est regnum celorum. Matt. 5. O verbum dulce, verbum consolatorium illis, qui vere pauperes spiritu sunt. Ali- bi quidem dicit Dominus: Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Hic autem: Beati sunt, inquit, pauperes spiritu. Vnde nimis magna suscepit materia illis, qui hanc possunt paupertatem ad ipsi. Obtinetur autem ea precibus multis, lachrymis, penitentia studijs, sui mortificatione, ac sui ipsius in omnipotentis Dei, & superiorum suorum voluntatem integra resignatione. Superiores enim nostri, qui nobis sunt diuinitus destinati, tanquam viua quedam Dei instrumenta sunt, ijsq; Deus suam praestat gratiam, quan nos per veram paupertatis ducant iter, quatenus ipsis placet, & nostrae salutis poscit ratio. Quos enim benignissimus Deus ad veram vocavit secundum spiritus paupertatem, eos etiam ex omni eternitate ad eam elegit, ijsdemq; ab eterno quosdam praeordinavit superiores, quibus singularem velit infundere gratiam & sapientiam suam in subdandum atque administrandum eorum, quos hoc itinere ducturus est. Atque eos ipsos superiores ad id praedestinavit, non alios omnino. Nam tametsi reperiantur alij ijs sapientiores: tamen verendum est subditos erroribus implicandos, nec unquam humilem Simplicitas vera quo ac apprehensuros simplicitatem, nisi simpliciter contenti sint superioribus ip- quiratur. his diuinitus datis, ijsq; se totos accommodent, sibi ipsi renuncient, firma fide Deo innitantur, submittantq; se suo praelato, qualis qualis ille sit, qua- diu nihil manifeste exigit quod sit contra Deum. Si enim poscent subditi sim- pliciam suam nos subieciantur.

Rom. 13.  
Matt. 18.Paupertatē  
spiritus  
quenam  
probent.Pauperes  
spiritu quā  
sint Deo  
chari & se-  
creti.

pliciter credere, prælati ipsorum pro illorum necessitate satis intelligentes ac prudentes erunt. Loquitur enim per illos Deus ut vult, & sicut nouit subditis expedire, siquidem suo illos loco ipse constituit, non quisquam alienum. Non est enim potest nisi à Deo. Vnde etiā ait Dominus: super cathedram Moysederunt Sciriæ & Pharisæi quecumq; dicunt facite. Atque adeo si prælatus quib; vitam vivat planè diabolicam, modo tamen subditi simplici sint fidei prædicti, nunquam eos falli sinet Deus: tamen firmiter confidant & credant Deo, & dicta prælati simpliciter sequantur, aliorumq; bonorum hominum exemplis sese conforment.

Enim uero si verè velint pauperes effici, omnes quibuscumq; aderunt, exemplo eis erunt. Si quos loquentes viderint vel audiērint, periuadebunt illis omnes illos prophetas & Dei nuncios esse, eoq; incitari à Deo, ut ipsos ad hanc beatam promoueant paupertatem. Homines impij mundi amatores compellent eos intro se recipere boni & virtutum studioſi trahē eos ad concupiſtrum sui & ut se virtutum inopes sentiant, nihilq; esse quicquid haec uergerint. Bona enim facta per illos Deus operatus est: ex seipſis autem nihil nisi malè agunt: & sunt in quibus virtus proclives, nisi à Deo retineantur. Inde, ut merito debeat aliorum infirmitati cōdolere, ut pote quam in seipſis probè experti sunt, possuntq; ex aliena fragilitate semper meliores effici, si cogitent ex mera benignitate & gratia Dei à simili lapsu se præseruari. Quanto nimis studiosius propriam considerabunt imbecillitatem, tanto citius & facilius ad hanc pertingent paupertatem, quo vero pauperiores erunt, eo Dei bonitatem melius perspectam habebunt. Tanta nimurum est Dei benignitas erga beatos hos pauperes, ut continere se non possit, quin arcana semitas & dona sua illis patefaciat, quæ tamen multis alijs admodum sapientibus & opulentis abscondit. Et quia ipse uerò huius est doctor & amator paupertatis, libenter in horum pauperum cordibus demoratur, atq; in eos solus plenius vendicat, suisq; duntaxat eos vobis seruat. Atque hac ex causa omnimos pauperes efficit, nec quicquam eis relinquit, quo possint perfici, nisi ipsorum infirmitatem. Porro quantūvis pauperes sint, saxe nihilominus omnem eis subtrahit consolationem, ut scilicet solus ipse in eis habitet, posse quie illis ab omnibus expeditis tanquam aptissimo instrumento ut proficiat voluntate, & ipsorum ac aliorum salute. Siquidem adeo ipsi placent illis pauperes, ut tam perfectè eos sibi coniungat, atque in vera paupertate in talium eos sibi adglutinet, atque in seipso confirmet, ut neque demones, neque homines possint eos in ruinam impellere. Non enim permittit cuicunque vilium ius in eos, nisi vni sibi duntaxat. Deinde etiam illis, quos eorum voluntatis prælaeos, curam exterioris hominis illorum refrenandi & custodiendi commandat, ne is interno homini sit impedimentum. Ipsis autem ipsi pauperibus sedulam sui custodiā committit. Atque ira denique solus ipse portum illis seruandis inuigilat. Inde vero unus ipsi cum Deo spiritus sunt, summusq; Deo pace, concordia & amicitia copulantur: quando nulla est inter Deum & ippos dissensio voluntatum, sed adeo inter se se cōpirant & concordant, ut non possint ab iniucem discerni aut internosci: nō quo creatura Dei sicut per essentiam, sed quod magnam illius induant similitudinem, sicut illi per gratiam intimè vnit. Iam vero sic vnit vna est voluntas, idem dicitur.

fiderium, consimilis operatio, mutua consiliorum, & secretorum communica-  
tio. Vnde iustitia Dei hominibus iustum minitante vindictam, benignissi-  
mus Deus, qui horum pauperum formam olim gerere non est dignatus, i-  
jlidem id significat, ut imminentem ultionem dispensentur. Ipse quidem in  
celis secundum humanitatem orat pro peccatis hominum, & hi pauperes in  
terris, sicutque horum flexus precibus, pro mera bonitate sua reprimunt iram suam Deus, nec potest in homines animaduertere. Imo saepè ut pueri à fleu-  
mox cohibentur pomo unico oblati: sic Deus uno horum clamore & genitu-  
ilio ab ira sua reuocatur, quamvis illa vehemens sit, si tamen ipsis eam sci-  
re liceat. Si ergo fratres charissimi, tanta benignitate ac propititudine Deus  
gratiam impetravit suam, & arcana revelat consilia sua hisce pauperibus, ijsdeq[ue]  
primum erga illos amore & complacentia ad eos se illis coniungit, qua tandem  
rōne committere poterit quisquis Deum amat, quo minus nocte ac die la-  
borando, obsecrando, clamando hanc à Deo paupertatem consequi nitatur, spiritus desi-  
finatque creature omnes quasi dominari sibi, seseq[ue] vrgere ac exercitare quo derantibus  
homo exterior melius refrænetur. Potissimum tamen legitimos pastores si-  
ue prælatos suos saepè obsecrabunt huius pauperratis studiosi, ut liberè ipsis  
imperent, detegantque illis ea in quibus crebrius delinquent, vt scire possint  
qua ratione ipsos moderari, instituere, coercere, & exercitare debet ad hanc  
capitandam paupertatem: Data autem à pastoriis consilia absque curiosa  
disculsione simpliciter sequentur: alioqui diabolus quoddam illis aduehet  
impedimentum, quo omnem Dei gratiam fructum ipsi omnem amittent. Tum  
vero extra simplicitatem excedunt, & magnis angustijs constringentur, ita ut  
ignorent qua sit via gradiendum. Et quamvis bona ipsis maneat voluntas &  
intentio, tamen ex quadam cæcitate poterunt labi, antequam id ipsi nō sint,  
vel ab alijs eis possit persuaderi, donec reddit a vera cognitione, omne a se  
propriū lentire ac sapere abiicit, & in pristinā suam se demittant simplicita-  
tem: nā alioqui priuati iudicij vel proprij sensus diabolū nunquam vincent.  
Enimvero simplicitas sine proprij sensu vel sapientiae discussione discenda  
est. Quo fit, vt plerique admodum sapientes saepius labantur, & errant, quam  
simplices, multiq[ue] ex sapientum numero acerbas nimium ruinas faciant,  
antequam possint ad humilem istam paupertatem pertingere. Volunt. n. omnia  
ratione & ingenio peruestigare: putantque ex diaboli persuasu se viasq[ue] suas nō  
intelligi, dum non redditur eis responsum quale ipsi vellent, atque ita existi-  
mant sapientiorem se consulere debere, qui ipso melius capiat, & sit fortis  
ad tolerandam & mortificandam ipsorum imbecillitatem. Credunt enim  
infirmitiores se esse, quam ut possint parua exequi, & humilia sectari, nec ac-  
quiescant nisi ratione vincantur. His atq[ue] alijs sexcentis modis nequam spiri-  
tus illiusmodi stulte sapientes boni specie deludit. Vbi vero iam intra se er-  
rare incipiunt, non possunt verum lumen cognoscere: sicutq[ue] quibusdam cor-  
ripuntur angustijs, & quo se pacto gerere debeant, ignorant. Sentiunt qui-  
dem quipiam sibi deficere, sed quid sit nesciunt. Interim animum habent  
paratum, si quo diuino lumine se trahi perciperent, toto studio illi obse-  
quendi: dumq[ue] eiusmodi bona intentione præditos se cernunt, errorem suum  
nequeunt agnoscere. Hac nimis ratione tum Lucifer, tum humani gene-  
ris primi parentes, pluresque alij euerstunt. Certè si Adam primo Dei præ-  
cepto,

Simplicitas  
qui discenda.Intellectu  
superbi quo  
decipiatur.

cepto, prioris proposito & cognitioni sua ipsi diuinitus indite inhaesit, non esset prolapsus inquam. At ubi cepit auscultare persuasioni diabolice, tanquam ipius carni & sensibus plausibili, sensim à sua simplicitate exdit corrumptus antequam ipse sciret. Quod idem etiam hisce natutis & stolidis prædendentibus vniuerit, quando primam deserunt simplicitatem suam, ad quam erant diuinitus vocati, cuique Ieie Dei causa tradiderant, applicuerant. Porro ubi malus spiritus eo illos potest adducere, ut à primo deficiant, dicit deinde, vi. & alteruni, & tertium, denique paulatim multo plura deficiunt. Ita ad extremum penitus obscurantur, ut etiam si mortis velint subire crimem, non possint verum reperire lumen. Enimvero Deus aliquandiu quadam miseria & desolacione eos derelinquit, ut rectius sese nosse distaret, adeoque proprie sapientia capiantur iustitiae, ut proflus illis fuerat. Tum vero secum cogitant, si ipsis contingere ad veram redire viam, nec promovet ipsa inde se discifruos. Deinde ubi sero clamant ad Dominum, dum in precibus perseverant, & mira sunt grauamina perpetui, non abducit eos Deus: quandoquidem bona in eis voluntas inest. Itaque quandam redi-cognitionem: qua freti denuo inquirere incipiunt quod amiserant. Hicamplius à minimis rursus exordiendum est, cunctisque instar parvolorum ingenuis discentium obsequentur, & morem gerent, atque in alijs euimodo, quaque excogitare poterunt, sese exercebunt, quo beatam possint: alli qui paupertatem, etiam si non semper verum cernant lumen, quod ubi sententia ad humilitatis studii se initiat ac ducere, non detrectabunt, nec reculabunt, sed ab alio se finent vrgeri & instigari ad progrediendum. Hac ratione paulatim ad viam amissae cognitionem reducentur: quanquam interim magis habebunt exantlare labores. Insequitur enim eos tartarus spiritus, multa utens calliditate, quo possit eos suis iterum nexibus implicare. Vbi namque semel assensum obtinere potuit, libens eo reuertitur. Sed firma fide & simplici obedientia consta superabit. Ita demum firmum quoddam a solitonum apprehendent fundamentum, perspicientque, quid hæc paupertas complectatur: quo cognito tanta capientur exultatione, ut omnis anteacti laboris & difficultatis minime ipsos pœnitent. Quamobrem omnibus una mecum consultum velim, ne hoc capessere iter pigeat, quamvis rarum & inofitium videatur, & non nihil molestia ferendum sit. Quod nullo constituit, nec valere aliquid potest. Incipient simplici cum humilitate à minimis, semper aliena vivant, non sua voluntate. Deo fauente nullo, aut exiguo negotio consta superabunt. Sapè enim virtus arte quadam & industria ac simplicitate ci-tius, quam ingenti labore obtinetur.

Agedum igitur omnes ad hanc capessendam paupertatem accingantur, maxime cum iam ante dictum sit, quantos illa thesauros secum aduehat, vique unum cum Deo sui possessores efficiat. Esto interim pauperes isti rebus omnibus nudi sint, merito tamen exhilarare eos potest, ista sententia Salvatoris, qua ipsis beatos predicat. Neque dicit, Beati erunt, sed beati sunt pauperes spiritu. Imò quod plus est, ipsorum, inquit est regnum celorum. Quod vero illud regnum est, nisi Deus ipse? Anne igitur immensus promittitur & datur thesaurus hisce pauperibus, etiam dum adhuc peccatis obnoxij degunt in terris? Quid ergo postea in celis habituri sunt? Quare fratres charismata vobis-

Matt. 3.  
Regnū Dei  
quodnam si.

IN FESTO OMNIVM SANCTORVM.

60,

vobisum ipsi expedite, quanta sit benignitas præpotentis Dei, pro labore exiguo tanta redditis præmia, puta seipsum. Evidem non video, ut pro dignitate hanc Domini sententiam commendare queam qua ait. *Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Meritò sane dici de illa possit, O verbum salutiferum, o verbum gaudij plenum, o verbum iubilo refertū, ac vndique consummatum, o verbum anxietatis expers, o verbum cordi omnem angorem & solicitudinem superuacanem auferens, o verbum omnem in frugiferam cognoscendi appetitionem extinguis, o verbum voluntatis propriæ nescium, o verbum cor virile efficiens, ac pace sempiterna confirmans, quam nullus neque dæmonum, neque hominum perturbare queat, o verbum cor hominis ab omnibus cceli & terræ creaturis penitus nudans & expolians: vt pote quod Deus sibi vni seruare decreuit. Interim nihilominus eiusmodi verè pauperibus omnia Deus subministrat absque illorum desiderio: & quicquid putant sibi esse necessarium, Deo procurante adipiscuntur, absque sua solicitudine. Si enim Deus, horum est custos pauperum, ipse erit & nutritor & pastor. Obscero fratres charissimi si qui sunt inter vos, qui mea dicta non satis capiunt, ut simpliciter ea accipiatur abs quo curiosa inuestigatione, ne in errorem incurrat: Solis enim expertis ea benè perspecta sunt, nec satis possunt explicari in expertis. Rogemus Dominum Deum, ut nos verè Pauperes spiritu efficiat, quo & nos post momentanea huius vita curricula possimus ad beatissimam Sanctorum omnium, quorum solemnitate hodie latamur frequentiam, peruenire, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui est Sanctorum omnium caput & corona, quem laudat yniuersa cœlestis Hierusalem in secula seculorum, Amen.

IN SOLENNITATE SANCTI HVGONIS

Episcopi Lincolniensis Carthusiensis ordinis Alumni.

*De triplici vigilia & tribus hostiis.*

Sermo I.

**B**eatus ille seruus quem cum venerit Dominus & pulsauerit ianuam, inuenierit eum vigilantem, Luc. 12. Charissimi fratres, magni pastoris hodie festivitatem agimus, qui & se immunem custodire, & pro alijs tuendis eruditus potuit vigilare. Hic noster est Hugo Lincolniensis Episc. & Carthu. monachus. Ideo mooachus, ut sua tutu seruaret: ideo autem est Episc. ut aliena quoque vigilando & docendo protegeret. Sapientia nos, charissimi, ad vigilandum admonet Dominus, eosq; qui suo obtemperat consilio, beatos predicit. Quippe qui nos inter animæ pericula non ignorat versari, serpentes in sinu circumferre, & laqueos comedere ac bibere. Vigilantia igitur & circumspectione quantopers nobis opus sit, res ipsa loquitur. Quare prima causa ut vigilemus esse potest, ne circumueniamur ab hostiis. Hostes habemus mundum, carnem, diabolum, atque adeo propriam ipsam nostram voluntatem. Caro nos impugnat, & trahere nititur ad sensuum oblectamenta, ad luxum, ad curiositatem, noua sciendi videlicet, ut queramur.

Hhh

mus